NOVISSIMA VERBA,

QUÆ

CUM SUUS ALTER-EGO

ET

FERE-ALTER

VIR CLARISSIMUS

DOMINUS

AUGUSTUS SIGELIUS,

DYNASTA IN Ober-Schaar

SENATOR FREIBERGÆ,

IN ÆDIBUS b. VIRGINIS

XIV. JANUAR. A. O. R. CIƆ IƆCXCIV.

CINERI AVI SUPERIMPONERETUR,

DIXIT

EJUSDEM ALTER-EGO ET

FERE-ALTER

SALOMO SIGELIUS

SER. ELECTOR. SAXON. PRÆFECT. CHEMN.

TYPIS BECKERIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-90876-p0001-4

† † †

QUisquis. es. Lege. quæ audire. non potes.

ULTIMA. VERBA.

quibus.
in. uno. omnes. fratres.
nec. enim. plures. habuit.
Unicus. relictus. dolore. enectus. lachrymis. humectus.
alloquitur.
verbis. fractis. ſtupefactis.

† † †

Mi. Jonathan, Chariſſimum. Corculum,
Angor. Animo. Tui. cauſa. imo. morte.
in. deliciis. mihi ſemper. fuiſti.
Admirationi. &. delectationi fuiſti.
Tuus. Tuique. Amor.
mihi. potior. omni. amore.
mortalium. etiam. ſequioris. ſexus.
Sic. olim. Rex in. grege. Vatum.
Deo. Charſſimus. Clariſſimus.
&. vates inter Reges. Rariſſimus,
exclamavit. lamentabili. voce.
Cum. nuncium. de. letho. fratris. illætabile.
feriret. aures. læderet. pectus.
Juſtiore. cauſa. ſic. exclamo. nam:
ſic. non. vixerunt. Jonathan. &. David. amici.
Unus Victus. eos alebat.
Amictus. veſtiebat.
Sed. nos.

O. DIMIDIUM. PECTORIS. MEI.
O. CHARUM. CAPUT.
RARUM. PECTUS.

Uno. ſanguine,
nati. nutritique. ſumus.
iisdem. parentibus. ſed. quam. charis!
Editi. educati.
Quidni. ſimilem. in. modum. exclamem?

O. FRATER. O. FERE. ALTER.
AUGUSTE.

Unice. &. unice. dilecte.
in. quas. anguſtias. me. adducis?
Fuit. Tui. Tuoque. Amore.
nil. mihi. prius. antiquius. nil,
nil. jucundius. atque. ſuavius nil.
Neque. enim. ſolum. fratres. fuimus.

gene-

generali. notione.
qua. quoque. frater. habetur.
vel. eôdem. Patre. vel eâdem. Matre. natus.
Nos. eôdem. patre. & eâdem matre
fratres. fraterrimi. ſumus.
Eôdem. germine germani. ſumus,
ex. ſententia. Cornelii. Frontonis.
fraternante. annorum. decurſu.
uno. amore. connexi. complexi,
quorum. ALTERUTRI. FERE-ALTER.
&. ALTER. EGO. fuit.
In. utroque. una. anima. animans. duo. corpora. fuit.
Eademque. in. utroque. adfecta. ex. æquo,
prout res. ferrent. mortalium.
ut. alteruter. vel. læderetur. vel lætaretur.
ſic. vel. triſtitia. vel. lætitia.
Inde. ALTER. ALTERI. fuit.
curæ. cordique.
NEUTER. ALTERI. deſpicatui neglectui.
NEUTER. enim volebat. quod. ALTER. nolebat,
hic. idem. velle. & idem. nolle.
adeoque. demum. firma. fraternitas.
vera. ſincera. &. mera.
quo. nomine. abutuntur peſſimè.
qui. politica hypocritica. amicitia. fallunt.
vapido. ſub pectore. vulpem geſtantes.
ſed. nobis ignorata hæc. fallacia.
Omnia. utrique. contra. &. ſemper. communia.
quæ. per honeſtatem. poterant. eſſe. communia.
Neuter. habebat. quod. non tuto.
alteri. communicari. licebat.
Quicquid. erat. dividiæ. ſenioque. alteri.
alteri. ſi. referret. erat. dividiæ. ſenioque.
Quicquid. erat. ſolatio gaudioque. alteri.
alteri. cum. audiret. erat. ſolatio. atque. gaudio.
paucis.
ALTER. ALTERI. FERE. ALTER. FUIT.
SED. FUIT.
Major. enim. natu non amplius. eſt. minori. natu.
nec. natu minor. eſſe. poteſt. natu. majori.
quippe ſupra. ſortem. humanam. collocato.
ubi. FRATRI. FRATER. nequit. eſſe.
FERE. ALTER.
Erit, tamen, aliquando, quod. credo,

cum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-90876-p0003-5

cum. neuter. erit. infelix.
fere. alter.

O. mi. frater. AUGUSTE. AUGUSTISSIME.

talis. enim. es. nunc. partem. optimam.
Ex. anguſtis. ad. auguſta. vectam.
quæ. cum. Deo. ſuo. eſt.
proin. non. opis. humanæ. amplius. indigus. es.
Inſignis. tamen. tuus. obitus. non. indignus.
&. contemplatione. &. imitatione.
Non. prius. animo. excidet. quam. anima. excedet,
qua. oris. confeſſione.
qua. pectoris. confiſione.
connixim. nixus. es. Crucifixo.
quanta. pectoris. confidentia. Eundem.
quanta. animi. præſentia. mortem. excepiſti.
moribundus. meditabundus. eras.
hymnis. &. precibus. præeuntem. ſœpe. præveniebas.
ſed in. placida. morte. demum. vitam. inveniebas.
finem. vitæ. fine. ſcito. coronans. coronaris.
Corona. vitæ. immarceſſibili.

O. TE. PERPETIM. FELICEM.

Tuæ. analyſeos. Spectaculum. erit. mihi. Speculum. vitæ.
tymba. tui. noſtrum. pectus. amoris. erit.
Temporis. interea. hic. tua. molliter. oſſa. quieſcant.
quæ. dum. conduntur. funduntur.
hæ. in. Urnam. Lachrymæ. loquaces. amoris. teſtes.
&. hæc. NOVISSIMA. VERBA. teſtantia. amorem.
ut. legat. ſi. qua. erit. poſteritas.
&. lugeat. ſi. qua. erit. ſinceritas.

Ave. &. vale. MI. FRATER. in. Cœlis. te. videbo.

non. amiſſum. ſed. præmiſſum.
Tu. mi. Lector. ave. quoque. &. fave.



(216)
374.

NOVISSIMA VERBA,

QUÆ

CUM SUUS ALT

ET

FERE - ALTE

VIR CLARISS

DOMINU

AUGUSTUS S

DYNASTA IN

SENATOR FREIBE

IN ÆDIBUS b. V

XIV. JANUAR. A. O. R. CIↃ

CINERI AVI SUPERIMP

DIXIT

EJUSDEM ALTER-E

FERE-ALTER

SALOMO SIG

SER. ELECTOR. SAXON. PRÆ

TYPIS BECKERIA

215

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-90876-p0005-6